



**РЯМОНТ  
САНЧЕЗ  
КОРДУЕНСИС**  
 E Societate Iesu,  
 DE  
**ПРАВЕПТИС  
ДЕКАЛОГІ  
ТОМУС ПРИМУС**

CUM INDICE CAPITVM ET TABLO RERUM  
 С. Альфонсус Гранатенсис



AUTERII, MDCCXXXVIII

Sed biologiam  
**VENITIIS**  
 Ab NICOLAU M PESSANA



Collegium Granatense Societatis JESU,

## LECTORI.



Uo sunt, Christiane Lector, de quibus te admonitum esse volumus. Alterum spectat ad hujus libri Auctorem, ad Opus ipsum alterum. Et Auctoris quidem nomen non ita latet in angulis, aut tenebris inclusum, ut indigat aliena predicationis lumine: potius sua sponte incurrit in omnium oculos. Neque vero est illius laus angustis aut exiguis circumscripta terminis, sed praeclaris ingenii sui monumentis posteritati prodita, orbem terrarum, quantusquantus est, cum summo aplausi, & acclamatio pervagatur. Quis enim eruditissima illa volumina, de Matrimonio Sacramento accuratissime conscripta, vel fama, & auditione non novit, qui modò litteras novit? Quis autem vel quæstiunculam aliquam obiter inspexit, qui non simul tam limatum, & expolitum opus suscepit, & plena manu laudavit? Conflans fama est, Clementem VIII. Pontificem Maximum, cum forte gravissima quaestio Romæ agitaretur, quam nosfer Thomas fuit, & graviter decidebat; ipsiusque liber inspiciendus oblatus esset Pontifici, totam illam questionem (ut erat ipse doctissimus) per otium perlegisse, ac vehementer admiratum subtilem homini acumen, peracere judicium, raram perficuitatem, singularem, & exquisitam in rebus indagandis soleritatem, in tradendis facilissimum methodum, in evoluendis, citandisque auctoribus exactissimum, & planè indefesum studium terio Pontificis pronuntiatae, nullum unquam auctorem extitisse, qui dubias de Matrimonio controversias uberioris, & accuratius enodasset. Atque hic talis, ac tantus vir immortalitate dignus, cum maximè egregia quadam, & ardua ad illustrandum Moralem disciplinam moliebatur animo, & partim absoluta, partim affecta jam habebat, ut sunt mortalium cogitationes timide, & incertæ providentia nostra, immatura morte præventus, magnoque sui desiderio omnibus relicto, hanc labentem vitam immortali, brevem æternam, miserisque beata communivat. Decepit ille quidem suo tempore, qui celesti gloriæ comparanda fatis superque vixisset; nostro certè alienissimo, qui tam incomparabilis viri jacturam fecimus, tale amissus hujus Collegii columen, tale perdidimus virtutum omnium, & litterarum ornamentum. Obiit P. Thomas Sanchez symptomatice lethargico, quod pleuridis telo supervenit, die 19. Maii, pervigilio ipso triumphantis Ascensionis Christi anno 1610. aetatis sue 60. ineunte, ab inita Societate 44. Et vero simul aquæ mortis ejus per urbem manavit rumor: non invitati à nostris, sed amore ac desiderio demortui communis parentis (sic eum appellari) allecti concurrere undique quamplurimi ad funus cohonestandum. Adsuicit Illustris Archiepiscopus, cui ille per multos annos a facris confessionibus fuerat. Gravissimus item Senatus Regius, cuius magnum partem peccatorum absolutione lustrabat: plerique autem in decidendis rebus maximè controversis, ac dubiis, illum ut absolutissimum Theologum, & utriusque juris peritissimum confulebant. Confluxere sacerorum ordinum religiosi viri, quorum saepe nodos de officio perplexè intricatos expedierat. Convolavit invocata hujus urbis nobilitas universa, & promiscua plebis infinita penè multitudo, qui defuncti corpus floribus conperfum, & eximia quadam specie, ac virginale nitore micans, certatim conabantur, vel rofaris attingere, vel osculis suppliciter venerari. Et quidem merito: nam fuit vir integritate vita singulari, candore animi atque sinceritate admirabilis. Vix credibile videbatur, cum tam recondita, exquisitaque doctrina conjungi potuisse tam candidam, & apertam columbam simplicitatem: cum tanta omnium ordinum astimatione tam rara fui deficientiam: videlicet cum omnes illum suspicerent, in oculi ferrent, velut oraculum consulerent: folius ipse doctrinam ignorabat, folius ipse pro nihil se putabat, & omnium pedibus sufficiebat: ut omnino egregia virtus cum excellente doctrina, profunda humilitas cum summo honore, incensus pietatis affectus cum contentissimo litterarum studio, simplicissima obedientia cum sapientia singulari, certasse in illo videantur. Ac fuit quidem nosfer Thomas vel à primo virtutis tyrocinio, atque adeo in ipso Societatis ingressu planè mirabilis. Cum enim Societatem haberet in votis, eamque ardenter affectaret, non semel repulsam tulit, quod impeditioris esset linguae, & in singula verba feede balbutire. Colebat ille jam tum ab ipsis teneris annis mirifice pietatis studio Beatissimam Virginem; ad cuius Cordubensem templum patratis miraculis nobile, cui à Fonte sancto nomen inditum, supplex confugit Thomas, ac genibus flexis, ductis ex imo pectore suspiris, profusisque lacrymis, à sanctissima Deipara enixe simul ac fidenter efflagitavit, impedimentum illud ut afferret, professus insuper, se domum suam non reversurum, nisi, quod petebat, impetrat.

*X Summa Tb. Sanchez Pars I.*

\* 3 fet.

set. Neque irritæ fure preces: annuit adolescentuli votis misericordiae mater, suumque alumnū balbutie liberavit, tenuit dumtaxat relictū vestigio ad memoriam accepti beneficij, quod ille in posterum tam grata memoria coluit, ut quoties ex intervallo Cordubam repeteret, et si intemperata appelleret nocte, prius tamen ad salutandam in suo templo Sacratissimam Virginem, quam ad nostrum Collegium adiret. Postridie vero in facello sancti Fontis rem divinam ficeret, diemque integrum eodem loci gratissima, & flagrantissima meditatione transtigeret. His auspiciis ingressus in Societatem altissimos tibi propositi virtutum fines, ad quos totū pectorē incumberet, & summa viri contentionē aspiraret: eoque in Ephemeride ad memoriam relatos, ac manu propria descriptos, non minore, quam contendebat, assecutus est laude. Statuerat ille, ut ex eo codice liqueret, in spiritualem quæstionem non fecūs inhiare, quam soleat cupidissimus, strenuissimumque mercator nullam prorsus augendā pecuniam occasionem prætermittere, omnem potius opportunitatem faciendi lucrum avidissime captare. Ac mirabantur omnes, qui patris Thomæ actiones studiosè observabant, incredibilem in suscepit semel ratione vitæ confiantiam, perpetuamque tenorem, nullis umquam studiorum occupationibus interruptum, nullo gravissimum virorum interventu violatum: ut, quod ipse in illo suo libello non semel exaraverat, perfectissime exequetur, disrumpi potius se passurum, in concidi minutatum, quando ut vel traferverunt ungues a semel concepto virtutis proposito defleceret. Atque ut silentio involvamus heroicas illas altissimorum virtutum exercitationes, que minùs patebant oculis, ut nihil de ardentissima illius charitate, flagrantissimo animarum zelo, contentissimo orationis studio, profundissima humilitate, angelica castimonia, obedientia promptissima, ac simplicissima, paupertate prorsus Evangelica dicamus; neque enim in unius prefatiuncula angustias includi possunt, que justum volumen desiderant. Illud sanè omnes in summam rapiebat admirationem, hominēm vita purissimè innocentissimè actæ, usque eō, ut si ejus exceperet totius vitæ confessiones, fidem facient nullius lethalis culpe labē inquinatum unquam suisse. Infirmissima præterea, tenuissimeque valetudinis, quam videlicet assiduis studiorum laboribus non debilitaverat modo, sed penitus exhausterat: certum enim est, quotidie illum decem minimum horas, non quidem remisit, sed contente, & graviter solitum libris incumbere: tamen usque ad extreum spiritum, usque ad illum ipsum, quo nobis eruptus est, morbum, in rigidissima carnis maceratione, in vieti, cultuque in primis horrido, & aspero, in vigilantisima luii custodia, in abnegatione sensuum incredibili, in egregia denique exhauti corporis victoria confantissime perdurasse, non fecis, ac si gravissimorum sclerorum conscius, ad placandum cælestē numen tunc primum arduum penitentia institutum ariperet. Semel tantum in die sub noctem capiebat cibum, eumque vitem, & parabilem; quater in hebdomada pane tantum, & oleribus vitam tolerabat. Tota Quadragesima, & Adventu nihil ad panem, præter legumina, & fructus aridos adhibebat. Pervigilius Christi Domini, & Sacratiss. Virginis pane dumtaxat, & aqua jejunabat. Jam illam ipsum cibi tenetum quod ille artibus infatuatus? Salem, piper, acorem, cæteraque ejusmodi gule irritamenta non respuebat modo, sed omnino detestabatur. Ne ipsa quidem elixa olera, per se satis insipida, oleo, aut acero condiebat. Descriperat in illo, quem memoravimus, libello, eculentorum catalogum, quibus jam inde à puro maximè capiebatur, addebatque conceptis illis suis verbis. Disrumpar licet, numquam hæc, qua in primis palato meo sapient, quibusque vehementer afficio, degustabo. Videbatur acerrimus sui hostis omnibus carnis blandimenti languinariū bellum habebat indicium. Degebat illi frequenter, ut ab interpellatoribus remotus, ac liber studio vacaret, in hujus Collegii suburbano prædio, ubi mira usque, & usque vernal florum amoenitas, & varietas: tamen perpetuus ubique naturæ vicit, pro suscepit abnegandi sui contentionē, nullum unquam florem naribus admovit, ut vel honestissima volupte repudianda genium defrauderet. Jam vero quis enumeret, quum crebris penitentiis, quam rigidis afflictionibus tenuis illud, fractumque corpus macerabat? Quam acriter se quotidie verberibus caedebat? Quam apero te cilio, hirutique fetis horrente, per singulos feri dies affiicitabat? In illo ipso, quo absumpsus est, morbo, cum in lecto jaceret, febre ardentissima astuaret; tamen, ad tertium usque morbi diem, corpori appressum cilicium gestavite constanterque retinuit. Sed finis jam sit, ne praefixos præfationi cancellorū transfiliamus. De Autore enim pro opportunitate temporis satis multa, pro ejus merito, ac dignitate perpaucia. De opere ipso quam brevissimè expediemus. Aggressus ille fuerat copiosam, & accuraram totius Decalogi explicationem, nonnullis voluminibus comprehendere: sed præclaris, tanti viri conatibus, & cæptis intemperavia intervenit mors. Itaque primum hoc volumen absolutum, limatum, perpolitumque reliquit; nempe cui Autoris ipsius extrema jam manus accesserat, illudque viris doctis Societatis examinandum de more, excutiendumque tradiderat. Alterum, in quo de religio statu, ac professione, deque tribus religionis votis accuratissime dixerit, inibi jam, cum interceptus est nosfer Thomas, ut propediem abolviceretur. Illud nos ex eius Autographis, & adverariis, quam primum fieri poterit, sedulè ac fideliter exscriptum, luci, & post ritati non invidebimus. Vale.

## INDEX

# INDEX

## Capitum, quæ in hoc Tomo continentur.

### EX LIBRO PRIMO,

De principiis quibusdam generalibus ad omnia præcepta.

### CAPUT I.

**Q**uid sit peccatum, & in quo distent mortale, & veniale: & quod modis mortale ex genere in veniale transeat, & quando id accidat defectu perfectæ deliberationis, & consensus.

### CAPUT II.

Qualiter non solus voluntatis consensus desiderantis mortale, mortalis sit, sed consensus quoque in ejus delectationem.

### CAPUT III.

Qualiter consensus in jaçtantiam, qua quis de peccato se jaçat, aut jaçari permitit, culpa sit.

### CAPUT IV.

Qualiter ratione parvatis materia mortale ex genere in veniale transeat, & quando parva materia ceneatur.

### CAPUT V.

Quibus modis veniale in mortale transeat?

### CAPUT VI.

Qualiter ratione scandali opus veniale, aut indifferens, fiat mortale?

### CAPUT VII.

Quando ceneatur scandali causa, ad idque concurrere ministrans indifferentia.

### CAPUT VIII.

Quando ratione periculi incidenti in mortale, opus veniale, aut indifferens in mortale transeat.

### CAPUT IX.

Quando periculo mortali se exponit, ac proinde mortaliter peccet, qui contra propriam opinionem, quam probabilem putat, operatur, aut consulti, sequens opinionem contrariam, quam probabilem credit.

### CAPUT X.

Quando ei periculo se exponat, ac mortaliter peccet, qui cum conscientia dubia, aut scrupulosa operatur.

### CAPUT XI.

Quando peccet operans contra conscientiam erroneam.

### CAPUT XII.

Qualiter infantes, amentes, ebrii, infideles ad

præcepta teneantur. Et an forentes, & peregrini ad ea teneantur, quando alicuius loci speciales leges sunt.

47

### CAPUT XIII.

Qualis intentio, & actus humanus ad præcepta implenda desiderentur; & qualiter illis satisfiat, quando est intentio non satisfaciendi.

52

### CAPUT XIV.

Qualiter impletantur præcepta, per actum, qui alias est peccatum: & possit uno, & eodem actu, aut eodem tempore diversis actibus satisficeri multis præceptis.

54

### CAPUT XV.

Qualiter peccatum sit, nulla necessitate, aut utilitate cogentibus, impedimentum admittere, quo præcepta impleri nequeant.

56

### CAPUT XVI.

Qualiter ignorantia, & inadvertentia, seu oblitio invincibilis excusat.

ibid.

### CAPUT XVII.

Qualiter hæc exculent, quando vincibilia sunt.

63

### CAPUT XVIII.

Qualiter metus mortis, aut gravis mali excusat a præceptorum transgressione.

66

### CAPUT XIX.

Quando non potens totum præceptum implere teneatur ad partem.

68

### CAPUT XX.

Qualiter dispensatio excusat a præceptorum transgressione.

69

**L**IBER SECUNDUS.  
De primo Decalogi præcepto.

### CAPUT I.

De præcepto actus interni fidei.

70

### CAPUT II.

De credendis necessarij necessitate medii, five finis, expresse, & explicitè.

72

### CAPUT III.

De credendis explicitè, ac addiscendis necessitate præcepti; ac de obligatione sciendi doctrine Christianæ.

73

### CAPUT IV.

De præcepto externæ confessionis fidei.

76

## INDEX CAPITUM.

### CAPUT V.

De professione fidei ab aliquibus facienda, juxta Tridentini, & aliquantum constitutionum Pontificum praeceptum. 80

### CAPUT VI.

De disputatione fidei quando illicita sit. 81

### CAPUT VII.

Quis dicatur haereticus, & apostata. 83

### CAPUT VIII.

An soli haeretici, & apostatae externi incurvant penas, & per quem actum dicantur externi. 87

### CAPUT IX.

De excommunicatione lata in haereticos. 90

### CAPUT X.

De excommunicatione lata in credentes, fautores, receptatores, defensores haereticorum: aut eorum libros legentes, tenentes, imprimentes, defendentes. 91

### CAPUT XI.

De facultate concessa Episcopis in Tridentino absolvendi ab haeresi. 97

### CAPUT XII.

De concessa Inquisitoribus, vel confessario virtute Bullæ, aut Jubilæi. 102

### CAPUT XIII.

De concessa in articulo mortis, vel ratione impedimenti. 104

### CAPUT XIV.

De secunda haereticorum pena, quæ est confisratio bonorum, an sub ea claudant bona futura, ac sub conditione debita, hereditas delata, nondum adita, possitque illi in fisci præjudicium renunciari? et ibi etiam de incapacitate eorum ad succedendum ex testamento, & ab intestato. 109

### CAPUT XV.

De confiscatione peculii castrensis, quasi castrensis, adventitiis, & profectiis, & legitimis, ob haeresim, & alia ipsorum filiorum crimina. 116

### CAPUT XVI.

De confiscatione usufructus ob usufructuarii delictum; & specialiter peculii adventiti, quod ad usumfructu patri debitur, & profecti, legitime, & alimentorum ipsorum filiorum, ob parentum delictum. 120

### CAPUT XVII.

De confiscatione honorum conjugum, ob proprium, vel alterius conjugis delictum. 123

### CAPUT XVIII.

De confiscatione honorum, quæ alienari prohibita sunt, & majoratum, ac honorum, quæ subiecta restitutio ex dispositione dantisunt. 126

### CAPUT XIX.

De confiscatione jurispatronatus, emphyteusis, ac

feudi ob delictum haeresis, & aliorum publicationi subjectorum, possidentis ea. 134

### CAPUT XX.

An bona ecclesiastum, & ipsorum clericorum, publicentur ob clericorum crimen: atque cuiusvis haeretici ob contumaciam damnati, ita publicentur bona, ut si elapsò anno compareat ostendens suam innocentiam, ea minime recuperet, sed apud fiscum maneat? Et an bona sita in alterius jurisdictionis loco publicentur, & ad quem fiscum pertinente. 139

### CAPUT XXI.

Quando ob delictum non publicantur bona ipso jure, sed per sententiam sive publicanda, an valeant alienationes interim factæ, ita ut nec lata sententia revocentur. 142

### CAPUT XXII.

Qualiter haereticus, & alii, quorum bona publicantur ipso jure, amittant illorum dominium, eaque sint restituenda; nec alienationes post delictum factæ valent, sed alienando peccent, & fiscus teneatur creditoribus illius, cuius bona publicantur. 145

### CAPUT XXIII.

Qualiter confiscentur fructus bonorum percepti à tertio possesso, in quem haeretici, & alii, quorum bona publicantur ipso jure, ea post delictum alienantur? ubi & latissime de obligatione restitundi, ac differentia inter possessorum bona, & male fidei. 156

### CAPUT XXIV.

Qualiter haereticus sit testandi incapax, & amittat patriam in filios potestatem, & omnis obligatio fidelitatis, & paci haeretico debita extinguitur: ac dominum in servos, ita ut illi maneant liberi? 184

### CAPUT XXV.

Qualiter per haeresim, aut apostasiam à fide irregularitas incurritur? 187

### CAPUT XXVI.

Dé infamia, ac beneficiorum privatione, inhabilitateque ad quam incurrit haeretici, fautores, defensores, & receptatores. 190

### CAPUT XXVII.

Qui filii haereticorum, aut eorum fautorum, receptatorum, defensorum, incurrit pauperes hominum filii statutas? ubi de genitis ante crimen, & quando parentes comburuntur, at dedecunt catholici: & quando in absentia comburitur eorum statua, & quando nondum condemnati sunt parentes. 191

### CAPUT XXVIII.

Dé infamia, irregularitate, inhabilitateque ad beneficia, ac eorum jam habitorum privatione, jure decretis adversus filios haereticorum, receptatorum, fautorum, & defensorum. 191

### CAPUT XXIX.

Qualiter filii committentium crimina laesa maiestatis humanæ, aut haereticorum, nobilitatem à suis

## INDEX CAPITUM.

à suis majoribus derivaram amittant: & incapaces cuiuscumque successioni reddantur. 206

### CAPUT XXX.

An filii, & nepotes via masculina, possidentes majoratum, rei laesa maiestatis divinae, vel humanae, & filii via foeminea, excludantur à majoratus successione, five simplex sit, five jurisdictione, & dignitatem annexam habeat: & transeat ad ulterius vocatos? 207

### CAPUT XXXI.

Qualiter fidelibus interdicta sit cum infidelibus communicatio? 213

### CAPUT XXXII.

De blasphemia in Deum, & Santos. 216

### CAPUT XXXIII.

De præcepto spei, & timoris: ac de desperatione, & præsumptione contrariai spei. 222

### CAPUT XXXIV.

De peccato tentationis Dei. 223

### CAPUT XXXV.

De præcepto charitatis, & conversionis ad Deum in primo instanti usus rationis. 225

### CAPUT XXXVI.

De schismate, & censuris ei annexis. 228

### CAPUT XXXVII.

De definitione, & divisione superstitionis, ac duplice ejus specie, nempe, superstitione indebiti, cultus, & idolatriæ. 230

### CAPUT XXXVIII.

De tertia specie superstitionis, quæ divinatio dicitur. 232

### CAPUT XXXIX.

De divinatione per diuinum: & quando id licet. 242

### CAPUT XL.

De ultima superstitionis specie, vanarum observationum. 246

### CAPUT XLI.

De ablatione maleficii per aliud maleficium, vel per destructionem signi. 253

### CAPUT XLII.

De superstitione, quæ in adjuratione reperitur: & quando adjuratio licet. 255

### CAPUT XLIII.

De lito reliquiarum Sanctorum usu. 260

### CAPUT XLIV.

Quando licet petere juramentum ab eo quem probabiliter creditur pejeraturum, aut per falsos deos juraturum. 289

### CAPUT XLV.

De obligatione juramenti dolose præstiti, absque animo jurandi, & se obligandi, aut per verba amphibologica. 300

## LIBER TERTIUS

De secundo Decalogi præcepto. 310

### DE JURAMENTO.

#### CAPUT I.

De jurisprandi definitione, & divisione. 265

#### CAPUT II.

De variis modis, ac formulis jurandum constituentibus. 266

#### CAPUT IV.

Quando sit licitus jurandandi usus, & quæ circumstantia jure positivo desiderantur, tam ex parte jurantis, quam ex modo jurandi, ut juramentum licite in judicio præstetur. 272

#### CAPUT V.

De juranti ex prava consuetudine quando mortaliter peccet, & sic ei absolutio deneganda. 277

#### CAPUT VI.

De malitia jurantibus dolosi præstiti absque animo jurandi, aut se obligandi: aut verbis æquivocando. 281

#### CAPUT VII.

Qualiter non licet in iudicio bene roganti, vel in contractibus, amphibologia uti in juramento: & an qui tunc negavit, posse absolvantem declarare delictum: etiæ jam ducatur morte plecedens: & an sibi fallum imposuit, teneatur retractare. 287

#### CAPUT VIII.

Quando licet petere juramentum ab eo quem probabiliter creditur pejeraturum, aut per falsos deos juraturum. 289

#### CAPUT IX.

De obligatione juramenti qualis, & quanta sit; & qualem materiam desideret, ut obligationem inducar. 294

#### CAPUT X.

De obligatione juramenti dolose præstiti, absque animo jurandi, & se obligandi, aut per verba amphibologica. 300

## INDEX CAPITUM.

- C A P U T XI.** LIBER QUARTUS  
De obligatione juramenti per injuriam, ut solvendi usuras, aut per metum, aut per dolum extorti. 302
- C A P U T XII.** Qualiter ultra implementi obligationem juramentum vim habeat confirmandi contractus, quamvis iure invalidos, & contra prius juramentum initos: & quando eam vim habeat: & quos peculiares effectus hanc confirmatione producat ultra obligationem juramenti. 309
- C A P U T XIII.** Qualiter juramentum ita personale sit, ut ejus obligatio non transeat ad heredes, & successores jurantis, nec ejus cui juratur, nec per procuratorem praeferari valeat. 319
- C A P U T XIV.** Qualiter obliget juramentum servandi statuta reipublica, collegii, universitatis alicuius, confraternitatum, officii: & an id extendatur ad futura & ad ea que ratione desuetudinis, aut alia ratione non obligant. 321
- C A P U T XV.** Quando juramentum praeferatur ab aliqua universitate, & aliqui ejus non servant, an reliqui observare tenentur: possitque universitas statutum suum juratum revocare? ubi etiam tractatur de promissionibus mutuis, aut non mutuis cum juramento, aut absque illo faciendo aliquid in honorem Dei cedens. 323
- C A P U T XVI.** Qualiter intelligatur, ac obliget juramentum à medicis praestitum admonendi statim infirmos, ut fateantur. 325
- C A P U T XVII.** Qualiter jusjurandum, quo quis se alteri obligat, interpretandum, & extendendum sit. 327
- C A P U T XVIII.** Qualiter juramentum, seu votum non ludendi interpretandum sit, & obliget. 329
- C A P U T XIX.** De jurisjurandi Deo praestiti irritatione, relaxatione, & commutatione. 331
- C A P U T XX.** Qualiter juramenti obligatio possit irritatione, aut remissione partis cui praestitum est cessare. 332
- C A P U T XXI.** Qualiter possit praeclarus ecclesiasticus relaxare, aut commutare juramenta homini praestita. 334
- C A P U T XXII.** An potestas quoque civilis possit relaxare juramenta homini praestita: habeatque potestatem imponendi vires juramenti antequam praeferatur. 337
- C A P U T XII.** Obligatio voti in quavis materia etiam levia, an sit sub mortali: & unde dignoscatur parvitas materie à mortali excusans? 383

## C A P U T I.

- Quid sit votum: & quas conditiones ad sui valorem petat: explicanturque deliberatio, propositum & promissio ad id petita. 339
- C A P U T II.** Qualiter error, vel ignorantia, vel mutatio circa voti substantiam, cuiuscumcircumstantias, aut circa vovendi causam, auferat voluntarium requisitum, ut votum valeat, aut ne ejus obligatio cesseret per illum errorem, aut per rerum mutationem, causeve cessationem. 344
- C A P U T III.** Qualiter metus auferat voluntarium ad votum requisitum: ac proinde illud irritet? 350
- C A P U T IV.** Qualiter incurrit excommunicationem cogentes ad monasterii ingressum, illumine impidentes. 353
- C A P U T V.** Qualiter votum de re necessaria, aut necessariae necessitate precepti, aut impossibili, aut incompossibili cum aliis votis, aut precepto, obliget? aut quando finis est impossibilis? 355
- C A P U T VI.** Qualiter votum rei male, aut bona ob malum finem non obliget? 358
- C A P U T VII.** Qualiter votum rei indifferens, aut cuius finis est indifferens, aut affectio rei temporalis non obliget. 361
- C A P U T VIII.** Qualiter votum de operibus contra consilia irritum sit: vel quando finis est contra consilia. 364
- C A P U T IX.** Qualiter votum obliget, quando à principio res promissa non est apta voti materia, eo quod mala, impossibili, aut indifferens, aut contra consilia sit, si postea fiat apta materia: vel è contraria, quando à principio est apta, & post fit inepta. 370
- C A P U T X.** Qualiter obliget votum, cuius materia partim est apta, partim inepta, vel ratione sui, vel ratione finis partim apti, partim inepti: sive copulativè, sive disjunctivè votum illud emittatur. 371
- C A P U T XI.** Obligatio voti à qua virtute procedat: & qualiter ea ex verbis, & intentione voventis sit deducenda: ac quibus circumstantiis sit exemplanda. 373
- C A P U T XII.** Obligatio voti in quavis materia etiam levia, an sit sub mortali: & unde dignoscatur parvitas materie à mortali excusans? 383

## INDEX CAPITUM.

- C A P U T XIII.** Qualiter votum rei indeterminate quoad quantitatem, vel quoad speciem, vel qualitatem obliget: sive sit in se indeterminata, sive quia disjunctivè voveretur. 385
- C A P U T XIV.** Quo tempore quispiam suum votum per solvere tenetur: & an eo transfacto, nec voto implero, cesseret voti obligatio? 390
- C A P U T XV.** Qualiter obligatio voti sit ita personalis, ut nemo possit, nec teneatur votum suum per alium implere: nec possit suo voto alium obligare, nec ea obligatio ad voventis heredes tranferatur? 395
- C A P U T XVI.** Ad quid obliget votum religionis? 401
- C A P U T XVII.** Qualiter post simplex religionis votum creatus Episcopus, teneatur episcopatu relato ad religionem. 416
- C A P U T XVIII.** An impuberis obligetur ad religionis, & aliarum rerum vota: possitque velint, nolint, & parentibus, vel tutoribus religioni offerri: vel ipsi possint illis invitatis ingredi: & quis ejus obligatio effectus sit? 417
- C A P U T XIX.** Qualiter are alieno pressus, aut ad ratiocinia reddenda, aut ad aliquid aliud faciendum obligatus, possit votum religionis implere, illam ingrediendo? 421
- C A P U T XX.** Qualiter necessitas filiorum cogat parentes, non ingredi religionem ad votum exequendum, aut post professionem egredi; & è contra necessitas parentum ad id cogat filios: & necessitas fratribus, vel sororum, ad id cogat fratres. 425
- C A P U T XXI.** Qualiter obliget votum castitatis, virginitatis, non fornicandi, non inueni matrimoniū, asumendi ordines sacros, sive ante, sive post matrimonium, emissum sit. 429
- C A P U T XXII.** Qualiter obliget votum paenale. 432
- C A P U T XXIII.** Qualiter obliget votum conditionale. 437
- C A P U T XXIV.** De votorum irritatione. 442
- C A P U T XXV.** Quid, & quotplex irritationis sit, qualem causam exigat: quibus, & quo iure competit: & an extendatur ad vota interna, & in posterum emitenda, & ad vota, in quorum obligacionem succedunt heredes: & irritandi potestas sit delegabilis? 445
- C A P U T XXVI.** De votis religiosorum, & aliorum subditorum dominative alterius potestatis, qualiter valeant, & de votis Episcoporum, & beneficium ecclesiasticum habentium, & an omnium horum vota obligent ad ea superiori manifestanda, petendamque adimplendi licentiam. 452
- C A P U T XXVII.** An vota semel legitime irritata ab habentibus potestatem dominativa revivificant, vimque obligandi recuperent, voventibus exceptis eorum potestate? 459
- C A P U T XXVIII.** De facultate irritandi vota emissa tempore subjectionis, implenda tempore illius solute. 468
- C A P U T XXX.** De potestate irritandi vota post lapsum subjectionis tempus: at eo durante emissa, non tamecum irritata. 469
- C A P U T XXXI.** Qualiter vota emissa tempore quo voventes erant sui juris, irritari valeant à potestate dominativa superveniente. 476
- C A P U T XXXII.** De potestate irritandi vota, quoties ex aliqua causa dubium insurget, an irritari valeant. 478
- C A P U T XXXIII.** De potestate irritandi vota religiosorum. 480
- C A P U T XXXIV.** Qualiter utrique conjugi potestas sit irritandi vota alterius. 484
- C A P U T XXXV.** Qualiter parentibus, tutoribus, curatoribus integrum sit irritare vota filiorum, pupillorum, & minorum. 488
- C A P U T XXXVI.** Qualiter dominis integrum sit vota servorum irritare. 497

## INDEX CAPITUM.

<i>De votorum dispensatione,</i>	rando falsum, corrugant dispensatio, commutatio, & irritatio: & qua verborum forma hec indigeant: an sit fit nuribus, aut facta explicari, & hoc significet hoc est invenire.
C A P U T XXXVII,	532
Qualiter in Ecclesia sit potestas verè dispensandi in votis, & qualis potestas ex parte dispensantis, qualisque subiectio ex parte ejus, cum quo dispensatur petitam sit,	499
C A P U T XXXVIII,	503
Quibus prælatis competat ordinaria dispensandi in secularium votis potestas,	503
C A P U T XXXIX,	506
Quibus prælatis infit potestas ordinaria ad dispensandum in religiosorum votis,	506
C A P U T XL,	510
In quibus secularium votis nequeant prælati Pontifice inferiores dispensare: & que Pontifici reserventur,	510
C A P U T XLI,	511
De Episcopi potestate ad dispensandum cum successoribus populi in votis prædecessorum: & in votis factis in commodum tertii, absque illius consensu,	511
C A P U T XLII,	513
In quibus religiosorum votis possint Prælati regulares dispensare,	513
C A P U T XLIII,	514
De potestate delegata ad dispensandum in votis, concessa religiosis,	ibid.
C A P U T XLIV,	515
An eum dubia est dispensatio, sive defectus potestatis in dispensante, sive ex alia causa, tunc sit ille cum quo dispensatur.	515
C A P U T XLV,	517
De necessitate causa perita ad dispensandum: & quales debeant esse causas.	517
C A P U T XLVI,	518
De licito dispensandi usi nullam commutationem miscendo, & de obligatione aliquando dispensandi, aut pretendere dispensationis, aut commutationis.	518
C A P U T XLVII,	519
Qualiter defectu voluntatis ob fictum consensum, metum, aut dolum, tacendo verum, aut narrando.	519
XXX T U T A	520
Finis Index Capitum,	520
XXX T U T A	520
XXX T U T A	520
XXX T U T A	520

LIBER



## LIBER PRIMUS DE QUIBUS DAM PRINCIPIIS MORALIBUS QUÆ UNIVERSIS PRÆCEPTIS COMMUNIA SUNT.

### DIVISIO TOTIUS LIBRI.

UM peccata quedam ex genere suo mortalia sint, quedam verè venialia: atque ea utriusque peccatorum generis natura sit, ut ex circumstantia adjuncta unum quandoque in alterum transeat: ut mortale in veniale transit, ratione imperfectæ deliberationis, ac imperfecti consensus, aut materia parvitate: veniale quoq; transit in mortale, ratione contemptus, vel quod in eo constituantur ultimus finis, vel ratione scandali, aut periculi incidenti in mortale: Primo loco agemus de mortali, quibus mortale transit in veniale, ac de deliberatione, & consensu perfectis ad mortale requisitis: ubi an perfectus consensus sit, quando voluntas dubia manet, vel negativè se habet, nec consentiens, nec dissentiens, vel consentit sub conditione aliqua, vel in solam operis mali delectationem, aut jactantiam, excluso ejus perficiendi desiderio: Et quando ex materia parvitate veniale fiat. Secundo loco agemus, quando veniale transit in mortale, ubi quale sit scandalum, quod opus veniale, aut indifferentis in mortale transire facit: Et an tale sit, quando quis præter intentionem ad alterius peccatum concurrit, exercendo opera indifferentia: Et quale sit periculum incidenti in mortale, ut ob id veniale opus, aut indifferentis, in mortale transeat: Et an tale sit quando quis operatur cum conscientia opinanti opus esse licitum, dubia, scrupulosa, aut erronea. Tercio loco agemus de iis, qui ad præcepta non tenentur, ut de pueris, amentibus, ebriis, infidelibus. Quarto loco, de modo, quo præcepta implenda sunt, ubi an eis satisfiat, quando adegit intentio non satisfacienti, & per actum qui alias est peccatum: ac duobus præceptis eodem actu, & unico tempore: Et an obligent præcepta ad tollenda impedimenta prævia, quæ tempore præcepti ejus impletionem impediunt. Ultimo loco, quando ignorantia, metus, impotentia totius implendi præcepti, necessitas, dispensatio, & præcepti transgressione excusat.

Summa Th. Sanchez Pars 2.

A

CAPUT